UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis, quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, & praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque obeundi

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

VI. Petitiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-50863

Visual Library

„ *me vivificares : ſemper eſurirem , niſi tu*
„ *me paſceres: ſemper cæcutirem, niſi tu me*
„ *illuminares : ſicut ergo nulla hora vel*
„ *punctum eſt in omni vita mea, quo tuo be-*
„ *neficio non utar ; ſic nullum debet eſſe mo-*
„ *mentum, quo te non habeam in memoria*
„ *mea, & te non diligam in omni fortitudi-*
„ *ne mea. O Domine ! jubes te diligi , da*
„ *quod jubes . & jube quod vis.* S. Auguſt.

VI. PETITIONES.

ANima mea , ecce Dilectus tuus veniſaliens in montibus, tranſiliens colles; atque etiam in te advenire non dedignatus eſt ; ut velut amicus amicum viſitet, velut Magiſter Diſcipulum illuminet , velut Rex opulentus pauperem ditet : quanta dignatio ! quanta Charitas ! quanta feciſti animæ meæ , ô Jeſu !

Veniſti olim è cœlo in uterũ Virginis, ut me viam arctam, vitamq; abſconditam & ſanctam doceres: ah ! da ut apprehendam !

Veniſti ex utero in ſtabulum , ut humilitatis & paupertatis Evangelicæ amorem mihi inſtillares: ô fac ut penitus imbibam!

Veniſti è ſtabulo in Ægyptum , ut à te tolerantiam incommodorum diſcerem , à

quibus tantopere abhorreo : ah ! da n
piam !

Veniſti ex Ægypto in Nazareth, ut ob
entiæ & ſubmiſſionis exemplū nobis
beres. Effice, obſecro, ut promptè ſ
te, & quidquid juſſeris, exſequar exp

Veniſti è Nazareth in Templum H
ſolymitanum, ut cultûs divini cura
bendam oſtenderes & Patrem cœl
honorares. Concede, quæſo, ut imit
& quæ ſunt Dei, Deo reddam inte

Veniſti è Templo ad Jordanem,
Joanne Præcurſore tuo, Baptiſmo ti
es, ut puritatis amorem & pœnite
doceres : Cor contritum, cor mu
crea in me Deus !

Veniſti è Jordane in Judæam & G
læam, ut animas quæreres, animar
& laborum zelum nos doceres : ut
zelus domûs tuæ me comederet !

Inde veniſti ad Crucem, è Cruc
ſepulchrum, è ſepulchro ad Limbu
Limbo tandem in cœlum conſcen
ut viam Crucis & mortificationis,
temptûs & doloris, unam rectamq
cœlum viam eſſe patefaceres. O ſi

giis tuis
ad augu
Den
dam qu
Venera
nunc in
ad illos
miſerun
dictáſq
me, do
Apoſto
non ego
Sed
me puc
excelle
læſtra,
roica n
& in lu
fixus h
rum in
utique
plenè a
tem; &
ut vel
auſpice
præſcr

giis tuis alacriter inſiſterem, & per anguſta ad auguſta cœli contenderem!

Denique mi Jeſu quotidie adhuc quosdam quaſi ſaltus das, veniens è cœlo ad Venerabile Sacramentum, nunc in hac, nunc in illa Eccleſiâ, nunc ad hos, nunc ad illos fideles; atque etiam toties ad me miſerum & inopem, ut me dites, prædictáſque virtutes me doceas. Ah! dita me, doce me, perfice me, ut tandem cum Apoſtolo queam dicere: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Chriſtus.*

Sed ô Præceptor amantiſſime! quàm me pudet ignaviæ meæ! Magiſtrum adeò excellentem audio, & in perfectionis palæſtra, tam parùm proficio: tua tam heroica morum exempla ante oculos cerno, & in luto vitiorum meorum interim infixus hæreo: tot jam annos virtutum tuarum imitationi ſtudeo; ſed, negligentiâ utique meâ, hactenus nec unam planè & plenè aſſequor. Excita obſecro languentem; & gratiâ tuâ efficace debilem adjuva, ut vel hodie ſeriò perfectionis ſtudium auſpicer, lectiones verbo & exemplo à te præſcriptas ſtrenuè aggrediar, neque deſinam,

ſinam, donec Scientiam Sanctorum
fectè calleam; & omnium virtutum
ream adipiſcar.

III.
IGNIS ET LIGNI
AD VICTIMAM HOLOCAUS EUCHARISTICI.
Sive
Conſiderationes & affectus Pro Tempore Quadrageſimali.
Conſideratio Excitatoria.

EXpende: ſi Chriſtus Sacerdos in æ-
num, & Sanctus Sanctorum trig
trium annorum ſpatio, tam ad illud c
entum, quàm ad incruentum hoc ſacri
cium tantâ ſe ſolertiâ comparat, deſi
rio tanto anhelat, & jamjam illud au
caturus tot ritibus & ceremoniis prævi
diſponit, Cœnaculum grande ſtratum
trat, Agnum paſchalem manducat, li
teo ſe præcingit, aquam in pelvim mit
pedes Diſcipulorum abluit, cum iiſde
di